



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 11. Plurimorum oppositio adversus hoc edictum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

ficienda, seligant; hæc vero postmodum **Sæcul. XVI.**  
 in comitiis discutiantur, ut ea quæ us- **A.C. 1524.**  
 que ad Synodi decisionem credenda, at-  
 que in usum deducenda sint, ibidem de-  
 clarari valeant. III. Magistratus inte-  
 rea omni studio procurent, ut Evange-  
 lium juxta doctrinam, sensum & inter-  
 pretationem Theologorum, qui ab Ec-  
 clesia approbati sunt, a Verbi divini Præ-  
 conibus annuntietur. IV. Suppriman-  
 tur omnes libelli famosi contra Curiam  
 Romanam editi, necnon omnes picturæ  
 atque imagines in Pontificis, & Episco-  
 porum contumeliam factæ. V. Aga-  
 tur in his comitiis *de centum gravamini-*  
*bus* contra Curiam Romanam, & Ger-  
 manicæ Clerum propositis, ut ibidem de-  
 cerneretur, ad quam denique tolerabi-  
 lem moderationem redigi possent. VI.  
 Denique ut Sacræ suæ Cæsareæ Maje-  
 stati obtemperetur, cuncti Principes ad-  
 moneantur, ut Edictum Wormatiense  
 omni studio, & efficacia exequerentur;  
 præterea additum est, in proximis co-  
 mitiis deliberandum fore de Turcarum  
 bello, ac supplicis Hungariæ Regi mit-  
 tendis.

## §. XI.

*Plurimorum oppositio adversus, hoc  
 edictum.*

Vix unquam quoddam Decretum plu- *Sleid. l. 6.*  
 rium *p. 120.*

D d 4

Sæc. XVI.

A.C. 1524.

Cochl. l. cit.

p. 93.

Raynald.

1524. n. 40.

Et 8

Pallavic. hist.

Trid. l. 2

cap. 10 p. 180

rium contradictioni obnoxium erat: nam querebantur de illo aperte Legatus, atque summus Pontifex, ipse etiam Lutherus illud, quamvis causæ suæ favere videretur, omnino iniquum esse censebat, quapropter libero furens clamore contra Principes libellum edidit, in quo ostendere conabatur, quod edicti hujus Architecti sibimetipsis palam contradicant, eorumque doctrina una alteram evertat. *Præcipitur enim, inquit Lutherus, in Conventu Norimbergensi, ut mecum tanquam cum Hæretico agatur juxta Wormatiense edictum, contrarium nihilominus mandatum recipiatur, ut in futuro Spirensi conventu primum tractetur, quidnam boni & mali sit in doctrina mea; si autem mea doctrina primum examinari debet, cur me tanquam Hæreticum condemnant?*

## §. XII.

*Conventus Ratisbonensis ad acceptandam Cleri emendationem a Legato habitus.*

Pallav. p. 184

Cochl. p. 97.

Rayn. n. 23.

Legatus ad singula edicti capita respondens, ostendit, per summum nefas a profanis sacra attrectari, dum fidei dogmata atque doctrinas in controversiam adduci ac decidi juberent: Cum vero oleum & operam se perdere cerneret, Ferdinandum Archiducem Cælaris